Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



102

ar&titudine coeperit. Iuxta exemplũ beatoꝝ
samuhelis hieremiae & iohannis prophetarũ.
qui ab ipsa infantia spiritu sancti gratia repleti & in
doctorum suũ ordinem segregati. Vox siquidem
in collo est. Ideoque per collum recte loquendi usus
exprimitur. Apte autem cum ora capitis per gyrũ
textilis fieri praecipiebatur. statim adiunctũ est.
Sicut fieri solet in extremis uestium partibus. Sicut
enim uestis; opera. Ita extremis uestium partibus
poterit non inconuenienter ipsa operũ consumatio
figurari. Uel ceste extremae uestium partes
ultimae sunt nrae sollicitudinis quibus sese
quique fideles cum uitam hanc finire cogunt
intentius solito ab omniũ labe malorum expurga
re contendunt. cum metu & pauore procurantes
ne ante districtũ iudicem perducti. per sordido
uitiorũ habitu expellantur. atque in tenebras
praecipitentur aeternas. Quin potius appa
reant induti sicut electi dei & dilecti. uiscera
misericordiae. benignitatem. humilitatem.
modestiam. patientiã. super omnia autem hanc
caritatem quod est uinculum perfectionis,
Et ideo uerac iter indumentũ nuptiale qui in con
uiuio suo id est in ecclesia. rex & iudex nr inuenire